Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



illos ppls sanctus redempto a dno tu aut vocabis qsita ciuitas
et non derelicta Sed cap lxiij pes LXIIII

Quis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de bosra
Iste formosus i stola sua gradiens i multitudine fortitu
dinis sue. Ego qui loquor iustitia et ppugnator sum ad saluandum
Quare ergo rubrum i indumento tuo et vestimenta tua sic calcantium
in torculari Torcular calcauj solus et de gentibus non e vir mecum
Calcauj eos i furore meo et conculcauj eos i ira mea / et aspersa
est sanguis eorum super vestimenta mea et omnia inquinamenta indumenta
mea inquinauj Dies enim vlcionis i corde meo annus redemptionis
mee venit. Circumspexi et non erat auxiliator Quesiui et non
fuit qui adiuuaret et saluauit in brachio meo et indignatio mea
ipsa auxiliata e mihi Et conculcauj ppls i furore meo et inebriauj
eos i indignatione mea et detraxi i terram iuuentutem eorum misericordias
dni recordabor laude dni super omnibus q reddidit nobis dnus et super
multitudine bonorum domus israhel q largitus e eis secundum indul
gentiam suam et secundum multitudinem miserationum suarum Et dixi verum
tamen ppls meus e filij non negantes et factus e eis saluator.
In omni tribulatione eorum non e tribulatus et angelus faciei eius sal
uauit eos In dilectione sua et indulgentia sua ipse redemit eos et
portauit eos et leuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi autem ad iracun
diam prouocauerunt et afflixerunt spiritum sanctum eius et conuersus e eis
inimicus et ipse bellauit eos. Et recordatus e dierum seculi moysi
pstis sui Vbi e q eduxit eos de mari cum pastoribus gregis sui
Vbi e qui posuit i medio eius spiritum sanctum suum Qui eduxit
ad dexteram moysen brachio maiestatis sue. q scidit aquas ante
eos ut faceret sibi nomen sempiternum Qui eduxit eos per abyssos
quasi equum i deserto non ipingentes sicut aut i campo descendens
Spiritus dni ductor eius fuit Sic adduxisti ppm tuum ut faceres
nomen gloriae Aspice de celo et vide de habitaculo sancto tuo et
gloriae tue Vbi e zelus tuus et fortitudo tua Multitudo visce
rum tuorum et miserationum tuarum super me continuerunt se Tu enim
pater noster et abraham nesciuit nos / et israhel ignorauit nos